

SCRIPTA

Numéro Scripta : 398

Auteur(s) : Raoul Ier, Clermont (comte)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1163, 23 mars

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul [Ier], comte de Clermont, confirme la donation faite aux religieux de Jumièges par Odeline, fille de Bernier, de Cramoisy, de la troisième partie du moulin Levrel pour la nourriture et l'entretien des religieux desservant le prieuré de Saint-Pierre et de Saint-Léonard de Montataire. Il s'engage en même temps à fournir plusieurs ustensiles pour ledit moulin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LXXXIV, t. 1, p. 208-210.

Dissertation critique

Datation en nouveau style proposée par J.-J. Vernier (1163).

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Radulfus, comes Clarimontis, notum fieri volo præsentibus et futuris quod Odelina, filia Bernerii molendinarii de Cramesi, assensu et voluntate omnium filiorum filiarumque suarum, dedit Deo et Gemmeticensi æcclesiae in elemosinam, ad victimum monachorum in æcclesia sancti Petri sanctique Leonardi de Montetharæ Deo servientium, tertiam partem molendini de Levrel, solutam, quietam et liberam perpetuo tenendam. Et quia quieti monachorum providere volo et debeo, donationem istam et rogatu ipsius Odelinæ herendumque suorum et præce monachorum, ut rata habeatur, carta et sigillo meo confirmo. Quæ autem monachi in molendino habere debent aut mittere dignum duxi subnotari. Monachi in omni annonâ et piscibus terciam partem habebunt. Ego lignum molendino necessarium inveniam et ad molendinum meis propriis expensis totum adducam. Ipsi artifices invenient qui lignum in opus molendini mittent ; quorum magistro, quandiu in opere molendini fuerit, aut victimum aut duos Parisienses denarios ex meo proprio cotidie dabo. Vanum, bustellum, uncturam molendini, molas et ferrum, archam in qua annona reservatur et lignum si invenitur dolatum et ad mittendum in molendino paratum ex communi ememus, ego duas partes et ipsi terciam. Monachi molas querent et ego ad molendinum meis expensis eas adducam ; mole autem ex communi parabuntur. In archa in qua annona reservatur habebunt monachi serraturam et clavem sicut et ego meam. Monachi molendinarium eligent, si necesse fuerit secundum et tertium ; horum unum opportet me concedere, qui molendinarius michi fidelitatem faciet. Hujus rei testes sunt Haymardus capellanus, Herbertus presbiter de Montetharæ, Guido Candavene, Johannes de Bosco, Robertus Maior, Hugo

de Rains, Geroldus filius ejus, et Goisbertus Gualdini filius, et multi alii. Data publice apud Creellum anno ab incarnatione Domini. M^o. C^o. LX^o. II^o., VIII^o. kalendas aprilis.